

Franckesche Stiftungen zu Halle

**Ad Diem III Aprilis Anni MDCCXXX. Exercitium Oratorium Vna
Cvm Pvblico Examine Classi Selectæ In Orphanotropheo
Glavchensi H.L.Q.C. Proposivm Et ...**

Königliches Pädagogium zu Halle

[Erscheinungsort nicht ermittelbar], [1730?]

VD18 13479245

Abschnitt

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-201221



quintus adeo, ut nemo videretur, qui per
picie & eleganter loquendo sine ulla
numera huius labia libenter edocuit, ut
hominem texcentis annis non potest, quam
tamen & exercitio delectatur, si non potest, quam
inepte, quam misere is, ad declamandum forte lacer-
ans, palloret, voces terrarum, & auditorum Roma-
num ac rithm moneret.



Rebrior em exercitatio

nem & frequentiore vsum, si
quid aliud, summæ & inevitabilis
necessitatis esse ad litterarum stu-
dia, ab antiquissimis temporibus
inter omnes harum rerum vel
leuiter gnaros dudum conuenit.

Nascimur hac lege miseri mortales ad vnum omnes,
ut præter facultates & vires a natura habeamus nihil,
reliqua, quæ ad habilitates, artes & dexteritates per-
finient, cuncta ab exercitio proficiantur. Nec ita

corporis duntaxat indoles comparata est, ut eius vi-
res non sine frequentiori & sæpius repetito labore
ad artis condiciones subigantur, & illo tandem adhi-
bito, excellens quid & incomparabile enascatur in ar-
tibus & opificiis: sed animi eadem ratio est. Quod
experientia & illorum quæ nobismet ipsis euenerunt
conscientia, vlla exceptione maior testis satis euincit.
Exercendo enim recte cogitamus, percipimus, re-
cordamur, iudicamus, ratiocinamur. Ad eloquen-
tiam inprimis vna hæc exercitationum frequentia re-
quiritur adeo, ut nemo vnquam dicendo, pure, per-
spicue & eleganter loquendo ante valeat, quam in-
numera huius laboris fastidia deuorauit. Fingamus
hominem sexcenta rhetorum præcepta edoctum, vsu
tamen & exercitio destitutum, dici non potest, quam
inepte, quam misere is, ad declamandum forte laces-
situs, balburiet, voces tertiabit, & auditorum stoma-
chum ac risum mouebit. Quare illi demum docto-
res, iuuentuti, suæ disciplinæ permixtæ, recte consu-
lunt, qui non tam id operose agunt, ut regularum
& præceptionum mole illam onerent & tantum non
obruant, quam ut post breuem institutionem ad exer-
citationis & vsus conventiones illam reuocent, &
litteris quotidiana consuetudine familiares red-
dant. Hac enim ratione tenera ætas non memoriæ
mandat, quos se gerere debeant, quid cogitatu,
dictu, factuque opus sit, sed experiundo discit. Sic
præceptiones aliud quasi agentibus se insinuant &
puerorum ingenia, ad imitationem tota composita,

non
cuncta ab exercitio proficiantur. Nec ita
cor.

)(

non magis facili quam felici negotio difficillima quævis superant. Habet hoc peculiare umbra scholastica, ut in illa hæc laborum & exercitationum felicitas magis vigere possit, quam alibi inter litterarum cultores, quos laboris piger, ac interrogationum & correctionum pudet, quum scholarum contra subsellia non solum viva docentium sed & discantium voce, & mutuis sciscitantium, examinantium & respondentium reciprocationibus personant, & hunc scholasticum pulverem incredibilis virium contentio exercet. Quem morem nostris temporibus, summo sæculi beneficio, in scholas postliminio reductum, sancte & studiosè adhuc observauimus, cum apud omnem, quæ undique ad hanc orphanotrophei scholam frequens confluit, iuventutem, tum in supremo maxime discipulorum selectorum ordine. Nam quum illi nemo abscribatur, quam qui reliquas ordinarias classes emensus, ad academiam maturuisse videretur, omnis in eo opera collocatur, ut vltima ipsis lima adhibeatur & exercendo magis magisque poliantur & perficiantur. Quam ob rem præter audiciones quotidianas theologicas, philosophicas, hebraicas, græcas & latinas, atque exercitationes oratorias & disputatorias, in scriptionibus variis conficiendis sedulo elaborant. Vnde factum est, ut XII huius ordinis ciues, sex mensibus hibernis, qui ab examine solemninoouissimo effluerunt, disputationes XXIV componerent, declamationes XLVII, quarum aliquot quidem germanice, pleræque tamen latine & soluta &

ligata oratione scriptæ sunt, epistolas XXX, dialogos XXIX, carmina XVIII, translationes paraphrasticas, inscriptiones & fabulas XXIV, ut breviores meditationes taceamus, quas applicationis logicæ causa conscripserunt. Quæ omnia censuram & virgulam criticam subierunt. Quantum profecerint his concatenatis laboribus & exercitiis, publico iam specimine ex laudabili consuetudine declaratum ibunt eo, quem sequentes paginæ exhibent, ordine. In iisdem solemnibus ultimos simul sermones habebunt scholam cum academia commutaturi IOANNES GOTTFR. ARNDIVS, Hallensis, IO. CAROLVS SCHVLTZE, Guelpherbyr. & IO. HEINRICVS FREVDE, Prizwalcensis, pereximii ingenii & optimæ spei iuvenes, quorum secundus VIII annos in schola nostra, reliquorum uterque V, singuli autem integrum annum in hac classe transegerunt, bonorum & diligentium discipulorum officiis functi. Ex reliquis, qui semestrem tantum tempus in hac arena consumserunt, domesticis rationibus ab illa statione euocati, scholam valere iubeunt IACOBVS HILDEBRAND, Wernigerodanus, bonæ mentis & litterarum elegantium studiosissimus, nec non SEBAST. HEVCKE, Halberst. & CHRIST. PETR. SIXT. CRAVSE, Stendalens. ingenii singulari præstantia commendabiles. Fortunet ipsis Deus hanc studiorum mutationem. Continuet & perpetuet, beneficia in illos cumulata & noua atque maiora in dies incrementa iis adiciat.

INI

INITIUM LVSTRATIONIS FIET POST HOR. VII.

- IO. FRIEDRICVS ALBRECHT *Seehusa - Patro*
Marchicus pœnitentem Petrum loquentem in-
ducet oratione latina.

EXAMEN THEOLOGICVM DE SPIR. SANCTO.

- IO. FRIEDRICVS HEYMELL *Haffs - Cassellanus* de
amore Ioannis erga Christum e cruce suspensum
aget *sermone soluto germanico.*

EXAMEN PATHOLOGICÆ ORATORIÆ.

- IAC. HILDEBRAND *Wernigerodanus* Iudam despe-
rantem introducet *carmine latino.*

EXAMEN PHILOSOPHICVM EX ONTOLOGIA.

- SEB. HEVCKE *Halberstadensis* de admiranda latro-
nis suspensi fide dicit *sermone latino.*

EXAMEN GRÆCVM EX CALLIMACHO.

- IO. GOTTFR. ARNDIVS *Hallensis* Centurionem
ad crucem Christi faciet loquentem *carmine lat.*
elegiaco.

EXAMEN EX ORAT. CICER. PRO MVRÆNA.

- IO. HEINRICVS FREVDE *Pritzwalkensis* de Iose-
phi Christum sepelientis fortitudine loque-
tur *latine.*

EXA-

EXAMEN POETICVM EX HORATIO.

IO. CAR. SCHVLTZE *Guelpherbye.* triumphum
crucis Christi de ira & ambitione canet *car-*
mine Teutonico, simulque suo & reliquorum in
academiam concedentium nomine *ultimum*
dicet *vale.*

ALEXANDER GOTTL. BAUMGARTEN *Be-*
rolinas ubi de voluptate ad crucem Christi de-
vincenda dixit, abeuntibus bene precabitur
carmine latino.

